

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Meditationes De Præcipvis Fidei Nostræ Mysteriis**

Vitæ ac Passionis D.N. Iesv Christi; Et B.V. Mariæ; Sanctorumq[ue] et  
Euangeliorum occurrentium Cum Orationis Mentalis circa eadem praxi In  
sex partes tributæ

Qvae Considerationes De Peccatis, [et] quatuor hominis nouißimis; necnon  
[et] quosdam orandi modos ... complectitur

**Puente, Luis de la**

**Coloniae, 1611**

Med. 30. De excellentijs Sacramenti Confessionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54597](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-54597)

MEDITATIONES, SACRAE  
confessioni, & communioni præ-  
mittendæ.

**O**VONIAM anima candor, qui via pur-  
gatiua scopus est, viriusque Sacramenti  
confessionis, & Eucharistiae frequenti vsu per-  
fectè acquiritur: opera pretium me facturum  
existimauit, si nonnullas hoc loco Meditationes  
insererem, quibus ad ea dignè suscipienda nos  
disponeremus: Eadem verò opera Tyronibus via  
ostendetur, eius præparationis instituenda; &  
magna frequentis eorundem sacramentorum  
vsus existimatio, eorum mentibus ingenerabi-  
tur: quæ Deus nobis tanquam præsentissima sta-  
luti nostra remedia constituit.

## MEDITATIO XXX.

**D**E SANCTISSIMI  
CONFESSiONiS SACRAMEN-  
ti præstantia, & virtutibus, quæ in  
eo excentur, gratiisq; quæ in  
eodem recipiuntur.

## PUNCTVM. I.

S. Tb. 3. p. q.  
8. a. 6. o. 7.

**C**ONSIDERANDVM primum est,  
quantum beneficium Ecclesie, & mihi  
eius membro, Deus contulerit, dum

Sanctissi-

Sanctissimum POTENTIAE Sacramen-  
tum instituit: ac perpendenda nonnulla, quæ,  
cùm eius beneficij præstantiam aperiunt, ad  
eiusdem frequentem vsum alliciunt.

PRIMVM, quod cùm solius Dei proprium  
sit, peccata dimittere, iuxta illud Isaïæ: a Ego <sup>a</sup> Isa. 43.25.  
sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas pro-  
pter me: idem tamē eam potestatem sacerdo- <sup>b</sup> Ioan. 20.  
tibus permiserit, certos nos reddens, appro- <sup>23.</sup>  
baturum se in cœlo, quam illi sententiam tru-  
lerint in terra, benignissimè autem voluit hos  
ministros homines esse, peccatis sicut cæteros  
obnoxios, & eodem porrò pœnitentiæ reme-  
dio indigētes: ut maiori peccatorum ad se ve-  
nientium commiseratione tangerentur. Po-  
testatem verò adē amplam eis contulit, vt  
nullum, quamvis grauiſſimum, sibi reserua-  
uerit; nec peccatorum, quæ dimissuri essent,  
numerum præfixerit; aut, quoties peccatorem  
redeuentem absoluere deberent, constituerit.  
Imd S. Petro de numero hoc percontanti, re-  
sponderit: c non septies tantum, sed septuagies <sup>c</sup> Matt. 18.  
septies, hoc est sine numero & limite, fratri <sup>22.</sup>  
veniam flagitanti esse remittendum.

Ex quibus mirum in modum summa DEI  
bonitas & clementia elucet; nec non ingens  
ignoscendi nobis desiderium. O benignissime  
Pater, septuagies septies, & totidem vicibus  
millies repititis laudent te omnes beatorum  
spirituum chori, pro insigni hoc beneficio, quo  
nos peccatores in terra degentes affecisti: vt  
toties nobis peccata remittere velis; quoties

I.

E  
CONTE  
C.

V 3 aliquo

aliquo nos scelere obstringimus: si deliqueris  
dolentes, veniam postulemus: et quod tua  
misericordia maior sit, quam nostra miseria.  
Magnâ igitur fiduciâ accedam, ut illatæ iniu-  
riæ veniam impetrem; quandoquidem ipse-  
met, cui illam intuli, adeò liberaliter beni-  
gneque veniam mihi offert.

## II.

EXPENDENDVM deinde, summum hunc  
Dominum & Iudicem, severissimum illud de  
vita & actionibus nostris iudicium, quod tum  
priuatim in fine vitæ cuiusque, tum generatim  
omniū in nouissimo die, instituturus est in mi-  
tissimum illud, quod in hoc sacramenti foro  
transigetur, ita commutare; ut iuxta Apostoli  
sententiam. d Si nos ipsos dijudicauerimus, si in  
hoc nimirum Sacramento à Dei ministro iu-  
dicati, & absoluti fuerimus: non utiq; de eisdē  
actionibus iterum iudicandi, aut propter il-  
las damnandi simus: Nam & in hunc sensum  
scriptura loquitur, cum dicit: e Non consurget  
dublex tribulatio, aut vindicabit Dominus, bi-  
in iudicium, in tribulatione.

## III.

DENIQUE, sacramētū hoc, est f Fōs ille aqua  
viue, quē (iuxta Zachariæ prophetiā) Deus in  
Ecclesia cōstituit in ablutionē peccatorū; ad sa-  
nandas ægritudines, & vulnera vitiōrum, ad vitā  
gratię, charitatis, & virtutū splendorē restitu-  
endum; ad amissa merita reparāda, & reliqua  
peccatorū damna instaurāda: Est fons perennis  
& patēs, nullo vñquā tēpore exiccādus; nec à  
Deo dū viuemus obstruēd: potius in votis eft  
illi, ut statim atq; lapsi, & maculati fuerimus,

d 1. Cor. II.

31

S. Cypr. Ser.  
de Paſio.

e Nahum.

1.9.

f Zach. 13.1.

ad fontē, ablutionis gratiā accedam⁹. Benedic⁹ ille sit fōs bonitatis diuinę, ē quo hic ranta ei⁹ misericordiæ scaturit. Accede, anima mea, ad ḡfōtē hūc Saluatoris, ex quo hauries aquā s̄. g Isa. 13.3.

lutiſ: accede aut̄ cū tristitia qđe ob tua pecca-  
ta; ſed ſimul cū gaudio ob ſpē ea in illo abluēdi  
**Punctū hoc fuiſius in 5. Part. medit. 9. deducetur**

PVNCTVM II.

**C**ONSIDERANDVM deinde, quā ſit o-  
pus prætās ipſe confeſſionis actus, quō  
ad frequentiorē eius exercitationē ma-  
gis alliciar: Perpendens, iñtitutū à Chriſto eſ-  
ſe hoc Sacramentū in Ecclesia, vt homines ex  
ppriis peccatis occaſiōne ſumeat, excellētes  
virtutū aci⁹ eliciendi, quibus detrimēta, ob ſua  
peccata acceperat, reparari et̄; lucra noua acqui-  
rerent. Hi autem aet̄us præcipue ſunt leptem.

**PRIMVS** eſt actus FIDEI, quo firmiter cre-  
dimus, Potestatē remittedi peccata, quae ad fo-  
lū Deum alias ſpectat, ſacerdotibus ita factam  
**a CLAVES QVE Regni celorū**, quibus eius por-  
tas aperiāt, ira eorū manibus traditas: vt gra-  
tiæ, dona q̄ cœleſtia ad peccatorū iuſtificatio-  
nem, per illorum hoc munus descendant: &  
iuſtificati ad Regnum illud admittantur.

a Matt. 18.18

**SECUNDVS** eſt SPEI, quæ omnē humanam  
ſuperat: Nā quæ apud mundi huius tribunalia  
confefſio fit, reum condemnat; quæ verò in  
huius Sacramenti tribunali, eundem abſoluit.

**TERTIUS** eſt CHARITATIS, qua vehe-  
mens concepit doler, ob infinitam bonitatē  
offenſam, & eius amissam gratiam; dederat

V 4 verd

I.

II.

III.

E  
PONTE  
E.

verò ex toto corde eius recuperatio, ut ex toto  
corde Deus ametur, & impē è eidē seruiatur.

## IV.

**QVARTVS** est heroicæ HUMILITATIS,  
qua peccator non Deo tantum, sed homini etiam  
se subiicit, dum secreta conscientiæ Dei  
ministris aperit, quamvis magnum id puden-  
tia & confusionem ipsi adforat: quam tamen  
sponte subit, Dei amore, quem antea offend-  
erat, libenter amplectitur; etiam desiderans, eo  
se loco apud omnes esse, quo reuera est, pecca-  
toris nimis.

## V.

**QVINTVS** est excellentis OBEDIEN-  
TIÆ in re valde ardua, ut proximè dictum  
est, subiiciendo se confessario, tanquam sibi  
superiori; ut in omnibus obtemperet, quia  
ipse iniunxerit.

## VI.

**SEXTVS** est sublimis exacteque IUSTI-  
TIAE: qua ipse peccator contra seipsum agit  
accusatorem, testem, Iudicem, sententiazque  
executorem; nec coacte, sed sponte se mini-  
strorum Dei Iudicio subiicit, animo, eorum  
sententiam amplectendi; ea que ratione illa-  
tas Deo iniurias in seipso vlciscendi, acda-  
mina, si quæ proximo intulit, reparandi.

## VII.

**SEPTIMVS** est insignis FORTITUDI-  
NIS, qua seipsum vincit, & naturalem acve-  
hementem ad sua contegenda & excusanda  
peccata propensionem sicut filius Adami pro-  
toparentis, à quo omnes homines illam ha-  
reditate acceperunt. Quamobrem qui sei-  
psum in hoc vincit, plus quam homo est cen-  
dens: quod indicat e. videtur Iob, dicens: b. si  
*b. Iob 31. 33.*

abscendi

*abscondi, quasi homo, peccatum meum. Imò maiori nonnunquam fortitudine ad peccatum humiliter & ingenuè cōfitendum opus est; quam fuerit ad illud non admittendum. Teste enim S. Gregorio, maius homo certamen subire cōsuevit, ad commissum facinus aperiendum,*

22. Mor. c.

24.

*quām ad resistendum eidem. Ac proinde non est minus admirandus, qui demissè sua peccata confitetur, quām qui alias virtutes exercet.*

SEPTEM hi heroici actus confessionem ita comitantur, ut magnū apud Deū meritum; nec minorem apud Angelos, & prudentes confessarios gloriā, obtineat: ac proinde meritō contendam, magno illos spiritūs feroore, quām potero perfectissimos elicere: quid fructus confessionis sit copiosior: Dicamque mihi ipsi illud Ecclesiastici: c Da, & accipe: & iustifica c Eccl. 14.16  
*auimant tuam.* Et siquidem Deus septem tibi capitalia remittit peccata, & septem spiritus sancti dona communicat: redde tu eidem septem hosce actus, quibus te ad ea dignè suscipienda disponas. d Oscita septies exemplo pueri illius, quem Elisa propheta à mortuis excisauit, proferens imo ex pectore septem hosce affectus; ut ad nouam res Deus vitam exsusciteret; & ad summum illius fastigium extollat.

d 4. Reg. 4.

32.

## P V N C T V M III.

TERTIÒ, perpendēdē sunt gratiæ, & beneficia, q̄ Deus largitur ijs, qui debitā dispositione sacramentum hoc riteque suscipiunt: quæ ad tria illa reduci possunt,

a Rō 14. 17.  
b Matt. 3. 2.  
in quibus Apołt̄us Regnum Dei potuit. a Re-  
gnū, inquit, Dei est IUSTITIA, & PAX, &  
GAUDIUM in spiritu sancto. Hoc enim b Re-  
gnū omnibus verè paenitentibus promittitur.

## I.

S. Aug. in il-  
lud Psal. 95.  
Confessio &  
pulchritudo  
in confessio-  
nē eius.

c Apoc. 22.  
d Eccl. 18.  
e Euseb. 22.

PRIMÒ, confert illis IUSTITIAM, sive  
iustificantem gratiam, dum ab omnibus pec-  
catis liberans, Dei amicos, & filios adoptiuos,  
Regnique illius hæredes constituit. Cùm hac  
gratia charitatem quoque, cæterasque virtu-  
tes infusas, & Spiritus S. dona impertitur; nec  
non veram animæ pulchritudinem, quæ sem-  
per est cum humili confessione coniuncta. Il-  
lis verò, qui ad confessionem cū Iustitia acce-  
dunt, eandē adauget, & impletur illud Apo-  
calyp. c Qui iustus est, iustificetur adhuc: & illud  
Sapientis: c ne verearūs usque ad mortem iusti-  
ficari.

DE INDE, largitur PACEM supernatura-  
lem: non solūn quodd eos secum reconciliat;  
verum etiā, quod in gloriose victorię præmiū,  
quam de seip̄is referunt, dum confessionis dif-  
ficultates superant, triplicē illis de hostib⁹ vi-  
ctoriam tribuit. Nam alios profligant; alios in  
fugam conuertunt; reliquos sibi subiiciunt. d

d Mich. 7. 19 Peccata enim ita profligat, ut in profundā ma-  
ri proferat; Dæmones cum vniuersis eorum  
tentationibus ac molitionibus fugam capesse-  
re cogunt: nihil enim maiorem illis terrorem  
incutit, quam si conscientiæ vulnera perito ea  
curandi medico manifestentur; Passiones de-  
niq; & vitia carnis spiritui subiiciunt. Nam,

d Proph. 16. 7 ait Sapiens: d Cum placuerint Domino viae-  
minū,

*minis inimicos quoque eius conuerteret ad pacem.*  
 Quare optimum ad tentationes, & passiones  
 debellandas medium est, si eas confessatio, &  
 Patri spirituali detegas: nam quamdi uillæ la-  
 tent, Diabolus viuit in pace, nos verò in peri-  
 culo certamine: ubi autem illæ aperiuntur,  
 ille fugam init, nos verò ad pristinam reuerti-  
 mur pacem.

TERTIÒ, dat illis **G A V D I V M** in Spiritu  
 sancto: nam timoribus atq; tristitijs omnibus  
 expulsis, quæ ex mala conscientia nascuntur:  
 ingenti eos gaudio replet, ob adeptam remis-  
 sionem peccatorum. quod David insinuauit,  
 cùm dixit: *e Auditui meo dabis gaudium & la-  
 titudinē; & exultabunt ossa humiliata.* Cùm enim  
 grauissimum peccatorū pondus tollitur, quo  
 premebantur; & tristitia spiritus pellitur, qui  
 exsiccabit ossa, eos q; consumebat, reuirescunt;  
 & certa spe venie, vitaque æternæ arrabone,  
 qui ex ea nascitur, capita attollunt.

HAC consideratione meipsum excitabo,  
 ad omnia, quæ ad veram integramque Confes-  
 sionem faciendam necessaria sunt, perficiēda:  
 quantumuis ardua illa, labore, & pudore ple-  
 na esse videātur, Perpendens mecum: vel nul-  
 la illa esse, vel prorsus exigua, si cum eximijs  
 bonis, quæ Deus, daturum se mihi pollicetur;  
 & sempiternis malis, quæ hac ratione euadam,  
 conferantur.

Adhæc, si memoria repetam omnia, quæ  
 Christus Seruator noster pro peccatorum  
 meorum expiatione fecerit; acibosque dolo-

*Cofsi Coll. 2.  
 c. 10. & 11.*

## III.

*S. Bonaa. in  
 Specul. disci-  
 pl p. 2.c. 3.*

*e Psal 50.10*

**E  
 N  
 T  
 E**

res,

res, & cruciatus, quos eadem causâ sustinuerit: mox mihi exigua omnino videbuntur, quæ à me exigit, vt illis ignoscat. Si deniq; ex instituto in eam cogitationem incumbam, vt bene intelligam, quām multa, & grauius Deus à me posset exposcere, si rigore iustitiae suæ ut vellet: (siquidem æternos cruciatus, pudorem & confusionem æternam sum promeritus) mox exigua & paucæ videbuntur, quæ nunc à me exigit, vt omnia illa, quæ petere poterat, mihi remittat. Quare ad ea, quæ exigit præstanta, illis me verbis ab aliquo moneri cogitabo, quæ serui Naaman illus Syri Domino suo dixerūt.

f 4. Reg. 5.  
13.

f Pater, & si rem grandem dixisset tibi Propheta, certè facere debueras: quanto magis, quæ nunc dixit tibi: lauare, & mundaberū. Originatur anima mea: Si Deus multa, eaq; grauius tibi imperasset, vt à lepra peccatorum tuorum lanarēris: par erat illa omnia, summa animi propititudine & fidelitate præstare: quanto ergo magis, dum rem adeo leuem, & facilem à te requirit, cōfiterē nimirum peccata tua, & sanaberis? lauare igitur septies in Iordanē pœnitentia, confessioni tuæ septem illos affectus siue aëtus adiungens, & à delictorum tuorum lepra mūda euades. Gloriare cùm S. Job, quod

g Job. 31. 33. g non absconderis quasi homo peccatum tuum: neque celaueris in finu tuo iniquitatem tuam. Amplectere consilium illud Sapiētis. h Pro anima tua ne confundaris dicere verum: est enim confusio adducens peccatum: & est confusio adducens gloriam & gratiam. Si pudore vicitus

pecca-

h Eccl. 4.

peccatum tuum celaueris; illud amplius aug-  
bis: si tamen, pudore victo, illud confessus fue-  
ris, eximiam in cœlo gloriæ coronam pro hac  
victoria, quam confitendo culpam obtinuisti,  
consequeris.

## MEDITATIO XXXI.

DE PRÆPARA-  
TIONE AD POENITEN-  
tiæ sacramentum.

**E**NIS huius Meditationis est, ut  
ante ipsam confessionem iudicium  
quoddam adeo exactum de me ip-  
so instituam, ut omnes difficulta-  
tes, quae in sacramentali iudicio, in quo iudex  
est confessarius, occurrere possint, apud me ita  
expediām, ut in nouissimo illo, in quo supremus  
iudex seuerissimam à merationem exigat, re-  
curus existam. In hoc iudicio incumbet mi-  
hi munus Accusatoris, Testis, Iudicis, Rei, ac om-  
nino sententia executoris sive mei ipsius carnifi-  
ci: ita enim S. Greg. Conscientia, inquit, accu-  
sat, ratio iudicat, timor ligat, dolor exacerbat.  
Conscientia igitur meipsum de omnibus omni-  
no peccatis meis, nullo pretermesso, accusabo.  
Ratione, quid pro illis meritis fuerim iudicans,  
sententiam preferam, quam meipsum ad grauem  
pœnam condemnam: Timore Dei, seuerioras  
iudicij me ita ligabo, ut ad quamlibet pœnam,  
quam siue ratio ipsa dictauerit, sive confessarius

26. Moral.  
c. 26.

præ-

E  
D  
ONTE  
E.